



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

III. De suspensi peccatis, & irregularitatis contractione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

nata, quæ suspensionis speciem significant, tum denique denunciatio eius requiritur.

21. *Causam auferentem assigna.* Quando suspensio lata est ad tempus determinatum, solo temporis lapsu tollitur. Quando in perpetuum, vel dispensatione, vel absolutione opus est. Porro si de ordinaria potestate sit sermo, ab auctoritate tantum Canonis potest auferri. *Quid si lata sit ob contumaciam?* Si à iure, tunc non reseruata à quolibet ordinario absoluitur: reseruata tantum ab auctore, vel Superiore eius, si ab homine, eodem modo tantum auctor, vel Superior absoluit.

22. *Formam absolutionis describo.* Illa potest usurpari: *Ego te absoluo à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam, & restituo te executioni tuorum Ordinum, vel Beneficiorum, vel Officiorum, &c. in nomine Patris, &c.*

### CAPUT III.

#### *De suspensi peccatis, & irregularitatis contractione.*

23. *Suspensi obligationes edisserere.* Si suspensus ab officio factum aliquem Ecclesiastici officij exerceat, mortaliter peccat ex genere suo. Item mortaliter peccat suspensus à Beneficio, si notabile aliquid ex Beneficij fructibus capiat, vel actionem aliquam ad illius administrationem pertinentem exerceat. Ex occultis actionibus prohibitis (non solum ex publicis) incurrit suspensionem.

24. *An validi actus ordinis, quos suspensus exercet?* Semper validi sunt, si iurisdictionem non requirant, siue sit occultus, siue publicus: si verò sint actus solius iurisdictionis, in occulto suspense validi, in denunciato irriti sunt.

25. *Quid si suspensus ab officio sese in actibus ordinis, ante absolutionem exerceat?* Irregularitatem incurrit, etiam si Minorum ordinum actus sint, modò solemniter fiant. Nec refert, an actus competant ordini iure diuino, vel humano.

26. *Si suspensus Pontificalibus, actus Episcopi proprios exerceat?* Irregularitatem contrahit, siue cum Pontificali apparatu, siue absque illo eos exerceat.

27. *Ita ne qui suspensionem in actibus iurisdictionis violat?*

312 *Moralis Theologiae Tract. IV. Censura,*  
*lat? Minimè; nam præter culpam, alia ei pœna infligenda*  
*non est.*

28. *Suspensus quis est ab Ecclesia ingressu.* Si celebret in  
*ca,* etiamsi potius interdicti quædam species sit, sit irregu-  
*laris, siue consecrata, siue tantum sit Ecclesia benedi-*  
*dicta.*

29. *Ob delictum aliquod quis in ipsa ordinatione commisso*  
*suspensionem incurrit.* Etiam si ordinem illum in ipsa ordi-  
*natione ministret, ex probabiliore sententia irregularitatem*  
*non incurrit.*

30. *Incurrit ne illam, qui suspensionem etiam in puram pœ-*  
*nam infligendam violat? Incurrere assero cum Fillucio.*

#### CAPVT IV.

##### *De omnibus suspensionibus in particulari.*

31. *C*atalogum omnium suspensionum effinge, gratia mo-  
*ritia.* Profectò & contra Episcopos, & contra Ca-  
*pitula, & contra Religiosos, & contra Clericos plures Cen-*  
*suræ contorquentur, numero quidem quinque super septua-*  
*ginta.*

32. *Contra Episcopos quotnam? Viginti & quatuor. 1. Con-*  
*tra conferentes Ordines simoniacè. 2. Contra conferentes lu-*  
*spenso propter malam promotionem. 3. Contra ordinantes*  
*Religiosum non professum. 4. Contra ordinantes accepto iu-*  
*ramento, quod non molestabuntur super eorum provisione.*  
*5. Contra ordinantes Monachum sine licentia Abbatis. 6.*  
*Contra promulgantes Concilium prouinciale toti diocesi.*  
*7. Contra intromittentes se in causis spectantibus ad Episco-*  
*porum electionem. 8. Contra submittentés laicis bona Ec-*  
*clesiæ sine debito consensu. 9. Contra occupantes bona va-*  
*cantium pertinentium ad eorum provisionem. 10. Contra*  
*ingredientes Monasteria Monialium sine necessitate. 11.*  
*Contra non visitantes limina Apostolorum tempore præscri-*  
*pto in Sixti V. constitutione. 12. Contra publicantes populo*  
*indicem casuum. 13. Contra non facientes comburi libros*  
*Talmud. 14. Contra negligentes procedere aduersus Simo-*  
*niacos. 15. Contra relaxantes incendiariis pœnam in iure*  
*expressam. 16. Contra concubinos à Synodo admonitos,*  
*& non se emendantés. 17. Contra promotos à Sede Apolto-*  
*lica, sine literis authenticis eiusdem. 18. Contra non seruantes*

S. I.  
Susten-  
siones in  
particu-  
lari con-  
tra Epi-  
scopos.

ecclesiarum

simoniacè  
aut gratiæ